

obliterata, etc., etc.; — multa quoque videre erit incoherentia et contradictoria, non modò successivè sed et simultaneè, et in eadem nonnunquam confessione; multa etiam absurda et immoralia, uti, v. g., fatalismum et imputationem extrinsecam justitiæ per fidem absque operibus, etc.; quæ dogmata apud Protestantes primitivos præsertim et interdum adhuc apud recentiores defenduntur (1).

Porro ex hâc sanè primâ examinis ac comparationis parte jam concludere erit Protestantismum saltem, sub pluribus è formis suis præsertim primitivis, certè non esse veram Christi Ecclesiam; Catholicismum autem verisimiliter esse. — Verùm et

2° effectus etiam utrinque à posteriori considerare est, et imprimis quidem apud illos viros qui in Ecclesiis suis respectivis tanquam prophetæ atque columnæ domûs Dei habentur. Hic igitur ex unâ parte contemplari est Photium, Michaëlem Cerularium, vel Lutherum, Calvinum, Henricum VIII, Melanctonem, Bezam, Cranmer, Elisabeth, etc., etc.; ex alterâ autem, Gregorium VII, Thomam Aquinatem, Ignatium à Loyola, Carolum Borromæum, Franciscum Salesium, Vincentium à Paulo, etc., etc. (2). — Atque inde quidem, si deveniatur, in unâquâque Ecclesiâ, ad populum verè illius Fidelium, illic quidem in *Orthodoxiâ* Græcâ, religionem adhuc vigere deprehendes specie positivam sed formâ ferè tantùm exteriore constan-

(1) Ad talem Protestantismi discussionem duo eximia videre est opera, scilicet: *Hist. des Variations par Bossuet*, et recentius: *La Symbolique, par Møhler*.

(2) Circa primos reformationis auctores, V. Audin: *Hist. de Luther, de Calvin, etc.*; — item quoad effectus reformationis in suis primævis præsertim temporibus, V. Døllinger: *La Réforme; son développement intérieur et les résultats qu'elle a produits dans la société luthérienne*; passim, ac speciatim, t. II, p. 625 ad finem. — Cfr et D. Delière, opusc. supra cit., ch. vi, 150-194.

tem (1) — in Protestantismo verò laudabiles sanè honestatis, humanitatis nec non religionis sensus commendari, imò et passim reapse foveri, vix autem usquam aliquid sive amoris in Deum, sive caritatis in proximum, sive abnegationis in semetipsum produci quod ad heroismum illum pertingat quem passim in Catholicismo invenire est, imò et per modum instituti permanentis in ordinibus religiosiis (2). Non sicut hic, ita et illic vita tota in Deum

(1) Quod ad Clerum speciatim illic attinet, V. plures artic. R. P. Gagarin: *La Réforme du clergé Russe*; ap. *Etudes des Jés.* 1866-67.

(2) Huc Leibnitzius, — postquam dixit « utiliter admodum dari in Ecclesiâ homines asceticos et contemplativos qui, semotis vitæ curis, domesticisque voluptatibus, in contemplationem divini Numinis operumque ejus admirationem toti ferantur, vel etiam propriis negotiis soluti, in hoc unum intenti sint atque excubent ut aliorum necessitatibus succurrant, sive docendo ignaros aut errantes, sive egentibus atque laborantibus opem ferendo; » — hæc subdit: « Neque id ex minimis eorum est quæ Ecclesiam illam commendant quæ una Catholica nomen et insignia retinet, in quâ solâ videmus excellentium virtutum asceticæque vitæ eminentia exempla passim edi atque curari. » — Atque, exemplis ejusmodi enumeratis, addit demum: « Quicumque hæc ignorant aut spernunt, hi nihil nisi plebeium et vulgare de virtute sapiunt, et hominum obligationem erga Deum solemnium qualicumque obitioe et frigidâ illâ consuetudine vivendi quæ vulgò, sine zelo, sine spiritu, in animis regnat, ineptè metiuntur... » (*Systema theologicum*; gallicè versum ap. Migne, *Dém. évang.*, t. IV, p. 1047.)

Imò et citra perfectiorem hanc vitam, verum est generatim id quod pluribus innuit P. Newmann, scilicet, aliam penitus esse religionem Catholico-Romanorum et aliam Protestantium etiamque Anglicanorum; atque illos sibi profectò illudere et præposteras intus collectationes præparare, qui sensu quodam æsthetico tantum vel momentaneo fervore in Catholicismum nondum intimè penetratum se projiciunt. (V. *Perte et gain*, passim; v. g. 2^{de} p., ch. III et XX).

Hic etiam subungere liceat hæc protestantici scriptoris nec ignobilis: « La vieille foi catholique est le christianisme vivant et en action. Sa présence universelle dans la vie, son goût pour les arts, sa profonde humanité, l'inviolabilité de ses mariages, sa douce accessibilité, son amour de la pauvreté, de l'obéissance et de la fidélité ne permettent pas de méconnaître en elle la religion véritable, et forment la base de sa consti-

elevata et Christi cruci confixa, charitas suimet, nec pecuniæ tantum, prodiga (1); zelus ab omni proprio commodo alienus et martyrii cupidus. — Imò et generatim Protestantismus, quò magis à Catholicismo recedit, in *minimum* quoddam religionis positivæ (2) etiamque omnis penè religionis tendere videtur, et *pontis* instar fieri (3) in merum Rationalismum vel Scepticismum. Aut si quando, ut in posterioribus temporibus atque hocce præsertim sæculo, quædam in eo se prodit religiosa resurrectio (*le Réveil*), id non potest fieri nisi per excitationem *sensûs individualis*, qui utpote regulâ carens mox sive in fanaticum sive in scepticismum dogmaticum divertit, nisi redeat ad Catholicismum (4).

Item certè, si quærat utrà ex parte certius se prodat *Dei assistentia*, vix dubitari poterit quin apud Catholicos multò præsentior adsit, attentâ illâ multo majori virtutum suprahumanarum frequentâ, atque insuper apostolatûs efficaciam apud barbaras gentes (5).

» tution. » Novalis (Fred. de Hardenberg) *Schriften*, Berlin, 1826; cit. ap. Walter: *Manuel de Dr. eccl.*, in fine p. 463.

(1) In hoc V. Chateaubriand: *Etudes histor.*; *Règne de François Ier*.

(2) Cfr J. Simon, cit. in *Tr. de verâ Relig.*, p. 107, not. 1.

(3) Hic vide et meditare mutuas Eugenii Sue et Edg. Quinet litteras jam in *Tr. de verâ Relig.*, loco cit., indicatas, quasque excerpit D. Martin: *De l'avenir du Protest.*, p. 564-570.

(4) In hoc V. D. Martin, op. cit., l. II.

(5) V. Wisemann: *Confér.* VI et VII, cum alio opusc. inserto ap. Migne: *Dém. évang.*, t. XVI, p. 125 et suiv.; — Perrone: *Tr. de verâ relig.*, Pars posterior, Prop. X; — Marshal: *Les missions catholiques et protestantes*, etc.

Ad ea quidem omnia quæ allegavimus, non rarò opponitur plures forsàn *apparere* Incredulos in catholicis quibusdam regionibus quàm in protestanticis; sed hoc non est mirum, quum unusquisque apud Protestantes Christianismum suis placitis accommodare, mutilare, imò et totaliter ferè annihilare possit quin ideò Protestantismi essentiam offendant, imò et aliquando ministerium ejus exercere desinat, ut pluribus constat exemplis. « Le protestantisme n'est pas une religion », inquit Vinet, pietatis zelo inter

3° Demùm neque ullo tempore Communio Catholico-Romana caruit illâ specialissimâ Dei sibi assistentis probatione quæ desumitur ex effectibus extraordinariis seu *Miraculis*. Miracula enim apud ipsam, et *exclusivè* quidem, quovis sæculo patrata non minoribus constant testimoniis quàm quæ in primis Christianismi sæculis ab ipsis Protestantibus communiter admittuntur (1); nec proinde ab

Protestantes celeberrimus....; « le protestantisme n'est à proprement parler, qu'une espace ménagé à la liberté de conscience, et où peuvent s'abriller également la Foi et l'Incrédulité. » *Esprit d'Alex. Vinet*, t. I, p. 305; cit. ap. D. Martin, p. 2; et cfr dicta suprâ, p. 42 et 295). — Non ita certè de catholicis dogmatibus: « *Sint ut sunt, aut non sint.* » (Cfr D. Martin: *L'avenir du Protest.*, p. 51).

Opponitur etiam passiones humanas in violentiores nonnunquam erumpere excessus apud catholicas nationes quàm apud protestantes. Hoc autem, — præter etiam variam populorum indolem, — ratione haud absimili explicari potest; eò enim fit violentior passionum impetus quò majora sive ab intrâ sive ab extrâ obstacula habuerunt rumpenda; eò sceleratioris homines, quò majoribus abusi sunt gratiis; etc. (Cfr D. Nicolas: *Du Protestantisme*, etc.; l. III, ch. IV, p. 572 et ss.).

Cæterùm in totâ hâc quæstione, ad respectivam variarum communionum virtutem æstimandam, satius duximus ad bonum quod inveniatur, attendere magis quàm ad malum quod utrinque etiam invenire sit. Licèt enim neque hâc methodo (modò rectè et in universum applicetur), vinci metuamus, uti quidam scriptores ostenderunt, æquius nobis generatim videtur, uti suprâ observavimus (p. 279), religionem aliquam æstimare ex illis qui totos ei se tradunt dirigendos, quàm ex illis qui ei, quantum possunt, se subtrahunt, maxime quum ipsius in hos impotentia pendere possit è circumstantiis æstimatu satis difficilibus.

(1) Hinc Middleton, inter Anglicanos, sæc. XVII^o theologus, omnia primorum etiam sæculorum à temporibus apostolicis miracula rejicienda esse declarat ne miracula Catholicismi pariter admittere cogatur: « Si parmi les points historiques que les écrivains ecclésiastiques ont cherché à mettre en lumière, inquit, il en est un à l'égard duquel ils sont unanimes, c'est bien la succession du pouvoir des miracles dans l'Eglise de tous les siècles, depuis le plus ancien des Pères qui en ait parlé, jusqu'à l'époque de la Réforme; succession qui se continue même jusqu'à nos jours, si l'on en croit des personnes également distinguées par leur probité, leur science et leur dignité, dans l'Eglise Romaine. En sorte que

iis logicè repudiari queunt, quantacumque inde adversùs eos conclusio oriatur.

Ergo, summatim, Communio Catholico-Romana Sanctitatem sub omni respectu verè in proprium possidet quam A catholicæ Communionis, sicuti nullo certè, ut probavimus, communitatis jure sibi arrogare queunt, ita nec per se æquare possunt. Et, quia præeminens hæc Sanctitas est nota veræ Ecclesiæ essentialis, Communio Catholico-Romana inde etiam vera Christi Ecclesia probatur.

Hic autem ad quæstionem complendam et quamdam præveniendam objectionem, aliquid subnectendum est :

90. — De prosperitate temporali populorum tum catholicorum tum dissidentium, seu de influxu Catholicismi in civilisationem (1). — Prosperitatem temporalem supra demonstravimus veræ Religionis proindeque veræ Ecclesiæ effectum fore non necessarium sed tamen naturalem (p. 280). Catholicismus igitur, si sit verus, non potest haberi huic prosperitati prorsùs alienus (2), sed

» le seul doute qui puisse nous rester, c'est de savoir si l'on doit se fier
 » ou non aux écrivains ecclésiastiques ; car s'ils méritent confiance dans
 » un cas ils le méritent aussi dans un autre ; la raison qui portera à les
 » croire dans un siècle quelconque, se trouvant avoir la même force dans
 » tout autre, pour ce qui est du caractère des personnes qui attestent, et
 » de la chose attestée... Si vous accordez aux Papistes un seul siècle de
 » miracles après le temps apostolique, nous voilà embarrassés dans un
 » labyrinthe de difficultés dont nous ne pourrions jamais nous tirer avec
 » honneur, à moins d'accorder les mêmes pouvoirs au siècle présent. »
 (*Libres recherches sur le don des miracles*, cit. apud de Valroger : *Introd. au N. T.*, t. II, p. 450 ; itemque apud Migne : *Dém. évang.*, t. XII, p. 223, et præsertim t. XVII, p. 752, ubi V. totam hanc de miraculis catholicis quæstionem tractatam à Milner : *Fin de la Controverse*, lettr. XXVI et XXVII. — Cfr *Tr. de verâ Relig.*, n. 53.)

(1) Huc cfr Em. Card. Pecci (hodiè SS. Patris Nostri Leonis XIII) duas *Litteras Pastorales* ad diocesanos suos Perusinos, a. 1877, 1878.

(2) « Nemo enim inficiari poterit, inquit SS. Pius Papa IX in Bullâ ad convocandum Conc. œcumen., catholicæ Ecclesiæ ejusque doctrinæ vim » non solùm æternam hominum salutem spectare, verùm etiam prodesse

illam in modum quemdam eminentem apud populos sibi addictos producturus est, nisi è circumstantiis externis aut etiam ex incompletâ doctrinarum suarum intellectione vel praxi, in hoc opere præpediatur ; non enim potest fieri ut vera Christi Ecclesia *per se* non promoveat necessaria quæque civilisationis elementa, eo saltem ordine ac modo quo exposuimus (p. 281).

Hic autem quædam observare est tum *à priori* ex ipsâ Catholicismi naturâ, tum *à posteriori* ex factis historicis ac præsentibus.

Etenim 1^o *quoad rectam voluntatem ordinationem atque interiorum animorum satisfactionem*, — quod, uti diximus, vitæ civilis ac prosperæ elementum est maximè essentielle simulque religionis influvi maximè subjectum, — Catholicismus certè, præ cæteris Christianismi formis, è suo hominem instituendi modo (1) nec non è suis propriis dogmatibus ac sacramentis (2) omninò natus videtur animos rectè componere atque interiori satisfactione replere vel in quâcumque vitæ vicissitudine. Imò non desunt hodie qui illum inde incusant quasi animos nimium quietaret et rerum terrenarum ac libertatis publicæ faceret incuriosos. De hoc autem V. jam indicata in *Tr. de verâ Relig.*, n. 52, 53. Et certè, si quando nonnulli in hoc quidem excedunt, — excessu sanè minùs funesto quàm qui in oppositum ferretur, sed minimè tamen probando, — in hoc profectò à verâ catholica mentis et traditionis intellectione recedunt (3).

2^o *Quoad culturæ intellectualis studium nec non et diffusionem*, Catholicismus quidem minùs directum ac necessarium habebit influxum quàm in hoc quod attinet ad cor et voluntatem : imò et contingere potest ut Protestantismus præsertim, ex impendente cuique necessitate per se legendi Bibliam itemque religionem, prout poterit, sibi efformandi, aliquam vividius primum stimulet instructionis

» temporali populorum bono, eorumque veræ prosperitati, ordini ac tranquillitati ; et humanarum quoque scientiarum progressui ac soliditati... »

(1) Hinc speciatim, D. Guizot : « Le catholicisme est la plus grande, la plus sainte école de respect qu'ait jamais vue le monde... nous en avons grand besoin. » (*Méditations et Etudes morales : Du Cathol., du Protest., et de la philos.*, p. 71.)

(2) Cfr D. Naville supra cit.

(3) V. Balmès : *Le Protestantisme comparé au Catholicisme dans ses rapports avec la civilisation Européenne*, passim, ac speciatim, t. III.

diffusionem, atque animi excitet agitationem multiformis conceptionis feracem, ut in Germanicâ præsertim litteraturâ videre est. Verùm aliunde Catholicismus, dum, ex unâ parte, *infallibiter*, uti verè probatum supponimus, veritates maximè principales præsignat, eo ipso multam prævenit mentis aberrationem ac laboris disperditionem, iter parat ad ampliores investigationes tutius ac securius, et quoddam in animis informat habituale veri iudicium, uti constat certè è totâ Philosophiæ catholicæ historiâ (1); — ex alterâ autem, dum per media sibi propria ac specialem sibi inditam efficaciam, altiores ac vividiores, uti vidimus (p. 327), religionis caritatisque sensus passim in animis suscitatur, eo ipso non potest non juvare intelligentiam rerum moralium, quæ nempe multùm à cordis sensibus pendet (V. in *Tr. de verâ Relig., Append. Iam*), nec non earumdem expressionem in artibus. — Quod reverâ adèò splendidè comprobatur è factis, ut vix ab adversariis quibuscumque negetur. — Item, dum abnegationem suâ et zelum in bonum proximi adèò in perfectioribus quibusque animis fovet, imò et in instituta erigit, hinc nunquam desistit sustinere ac promovere (uti tot ac tantis constat exemplis) tum perseverantem studii laborem, tum præsertim purum ac indefessum zelum in communicandam vel minimis fratribus instructionem; — quam ipse cæteroquin per suam potentem animorum disciplinam absque periculo facere novit.

3^o demum, quod ad opes terrenas attinet, utpote Religioni magis extraneum (2), Catholicismus quidem non multùm per se curare videtur; imò reipsâ Protestantismum eorum *productioni* efficaciùs favere satis è factis apparet (3); et hoc quidem, quantum æstimare

(1) Hinc ipse Hegel: « Il y a dans l'Eglise catholique, à cause de la » fixité de ses dogmes, plus d'éléments philosophiques, plus de matière » pour les hautes spéculations, que dans le système protestant. » (*Hist. de la Phil.*, t. III, p. 260, cit. ap. Klée; *Manuel de l'hist. des dogmes chrétiens*, t. I, p. 114.)

(2) Idipsum tamen scriptores quidam Protestantes, ubi suæ Religionis cum Catholicismo comparationem instituere volunt, præcipuo loco ponere curant, inde nimirum faciliorem sibi victoriam sperantes. V. hujusmodi Pastorem Napol. Roussel faceté ideo exagitatum à critico cæteroquin minimè suspecto, D^o John Lemoine, cit. apud DD. de Ségur: *Causeries sur le Protestantisme*, 3^e partie, ch. xii.

(3) V. D. Martin: *De l'avenir du Prot.*, p. 184.

est, duabus de causis: scilicet 1^o quia animos ad cœlestia minùs erigens, eo ipso sinit in terrena majori impetu deferri; — 2^o etiam quia, quum caritatem in proximum minuerit ejusque etiam instituta abstulerit (1), eo ipso cuique magis necessarium fecit ut sibi per se provideret, jam de aliorum subsidiis valde incertus (2)..

Verùm 1^o illa *productionis* excitatio, ut ita dicam, febrilis, — 1 — certè non homines tam in hâc vitâ beare nata est quàm ipsos cupiditatis æstu torquere, imò demum moraliter etiamque physicè enervare. — 2 — Illa dum mentes in immediatam fructuum procuratorem ac perceptionem totas applicat, remotiora prioribus postponere docet, altioris cujusque scientiæ culturam paulatim negligi facit, et inde ipsius etiam *productionis* radicem exsiccat principalem (3). Imò — 3 — publicas commotiones totius *productionis* destructivas seriùs occyvsve parat ob insatiabiles quas succendit cupiditates, et *repartitionem* magis ac magis inæqualem, absque charitatis remedio (4). Etenim

2^o si Protestantismus magis, ut reapse videtur, *productionem* stimulat, at certè Catholicismus *repartitionem* procurat multò meliorem, è spiritu propriæ abnegationis aut saltem moderationis atque effusæ in fratres charitatis, quem cuique, pro suâ vocatione atque perfectionis mensurâ, inspirare non cessat (5), ita ut apud populos

(1) V. in hoc Montesquieu Henrico VIII plaudentem!... *Esprit des lois*, l. XXIII, ch. 19, cit. ap. Balmès, op. cit. ch. XXXIII.

(2) Hinc ii (Economistæ qui protestantico spiritu magis inficiuntur, largitatem in pauperes (à nonnullis quidem Catholicis in quibusdam regionibus haud satis intelligenter frequentatam), citra omnem humanitatis modum restringi vellent. V., v. g., Cherbuliez et Malthus cit. à D. Corbière: *L'Economie sociale au point de vue chrétien*, t. II, p. 357, 360, vel ap. *Ami de la Religion*, 22 et 29 sept. 1859.

(3) V. quæ ingeniosè in hoc argumento scripsit, Sinensium occasione, D. Fr. de Champagny, ap. *Le Correspondant*, oct. 1854, p. 21-23.

(4) Hæc omnia evoluta V. ap. D. Martin: *De l'avenir du Protest.* l. IV. — Et certè, ut ait gravissimus D. Le Play, illic cit. p. 195: « Un peuple » grandit moins en perfectionnant la production des objets nécessaires à ses » besoins, qu'en s'appliquant à régler ses appétits et à contenir ses passions. »

(5) Hinc, in ordine sociali, quemadmodum Paganismus favebat *Servitio*, quod Christianismus gradatim abstulit (V. *T. de verâ Relig.* p. 123), ita Protestantismus quidem favet *Individualismo*, Catholicismus verò *Associationi*, non coactæ, qualem *Socialistæ* vellent, sed voluntariæ et, pro

quosdam catholicos spiritus ille aliquando regulâ magis indigeat quàm excitatione, dum contrarium omninò videre est apud nationes protestantes (1).

Iis forsân addere necesse esset considerationes quasdam historicas tum circa nativam nationum indolem et circumstantias favorabiles in quibus Protestantismus quasdam ex illis sibi adjunxit, eo præcisè tempore quo succrescerent ipsarum vires, — tum, è contrâ, circa circumstantias minùs favorabiles in quibus versari extunc cœpère eæ ipsæ quas Catholicismus tamen ad summum antea evexerat fastigium. Atque hic præsertim illam annotare esset inconsequentem sanè Principum agendi rationem, qui sese catholicos ferebant, sed afflatus, ut ita dicam, protestanticos inscii forsân senserant. Qui nempe sive mutuis in invicem odiis concitati, sive ab Ecclesiâ ipsâ diffidentes et absolutæ dominationis amatores, tum protestanticis in Europâ Potestatibus apertè faverunt, tum Ecclesiæ catholicæ actionem frequenter præpedierunt, tum populos suos aut consopierunt aut à se abalienaverunt (2). — Unde, summatim, illa evenit quæ tam multos hodie offendit, plurium scilicet nationum catholicarum inferioritas præ exteriori saltem quarundam Protestantium vel Schismaticarum splendore (3). — Verùm tamen quantacumque inde multis oriatur tentatio,

abnegationis et caritatis gradu, plùs minùsve perfectæ, ita ut altissimum reapsè illius typum in vitâ Religiosorum offerat. Hinc error et impotentia Socialistarum, qui istud abnegationis et caritatis opus per cupiditatem et sensualitatem efficiendum confidunt. Hinc demum intelligitur quid veri falsive fuerit apud eos qui Socialismi originem referre voluerunt alii quidem ad Catholicismum (Alex. Vinet), alii verò ad Protestantismum (D. Nicolas). Forma nempe, in Socialismo, erat aliquatenùs è Catholicismo deprompta, mens autem et spiritus è Protestantismo vel etiam è Paganismo.

(1) Cfr ea quæ citantur ap. Balmès : *Le Protest. etc. Introd. du traducteur*, p. vii, è Protestante cæteroquin fanatico, G. Borrow, circa opitulationem pauperum in Hispaniâ, cum iis quæ referuntur à D. Rendu circa conditionem physicam et moralem pauperum Londini, cit. ap. D. Nicolas : *Du Protest. etc.* l. III, ch. iv, p. 585 et ss., vel ap. Em. Dechamps : *Entret. sur la demônst. cathol.*, 5^o entret., versùs finem, not.

(2) Circa hæc omnia V. D. Martin, op. cit. l. VIII, ch. ii. — Cfr etiam : *Le livre de Job.* par M. Lehir ; *Introd.* p. 116, 117 ; — *Etudes des Jês.*, août 1873, p. 180 et ss.

(3) Hanc præsertim difficultatem quasi triumphanter versat Macaulay : *History of England*, etc.

gravissimi quique viri, etiamsi in schismate (1), hæresi (2), vel incredulitate (3) adhuc detenti, sentiunt tamen atque candidè fatentur Ecclesiam Catholico-Romanam cum suo Pontifice verè manere columnam mundi, per quam nempe stat quidquid in mundo est Christianismi, imò quidquid Spiritualismi, quidquid proinde veræ Civilisationis. Quod ita sanè resumebat generosus ille qui, alter veluti Machabæus, pro Deo et Dei vicario se suosque anteactos triumphos devovit, vir inclytæ memoriæ Lamoricière : « Le Christianisme n'est » pas seulement la religion du monde civilisé ; il est le principe et » la vie même de la civilisation ; la Papauté est la clé de voûte du » Christianisme ; et toutes les nations chrétiennes semblent avoir » aujourd'hui la conscience de ces grandes vérités, qui sont notre

(1) Ita D. Tutchef Russiacus : «... A l'heure qu'il est, tout ce qui reste » du Christianisme positif à l'Occident, se rattache soit explicitement, soit » par des affinités plus ou moins avouées, au Catholicisme romain, dont » la Papauté, telle que les siècles l'ont faite, est évidemment la clef de » voûte et la condition d'existence.... La Papauté, telle est la colonne qui » soutient en Occident tout le pan de l'édifice chrétien resté debout après » la grande ruine du XVI^e siècle et les éboulements successifs qui ont eu » lieu depuis. » (*Mém. demandé par l'emp. Nicolas sur la question Romaine.* — *Revue des Deux Mondes*, 1^{er} janv. 1850 ; cit. ap. *Ami de la Relig.*, 18 juillet 1851.)

(2) Ita D. Guizot : « Je porte à l'Eglise catholique un profond respect. » Elle a été pendant des siècles, l'Eglise chrétienne de toute l'Europe ; » elle est la grande Eglise chrétienne de la France. Je regarde sa dignité, » sa liberté, son autorité morale comme essentielles au sort de la chrétienté tout entière. » *Méditations et Etudes morales*, Préf. p. xxi.

(3) Ita D. Cousin ad DD. Dupanloup : « Si la philosophie spiritualiste » n'est point aveuglée par le plus sot orgueil, elle doit savoir qu'en dehors » de l'Ecole, dans le genre humain, le spiritualisme est représenté par le » Christianisme, que le Christianisme lui-même est excellemment représenté par l'Eglise catholique, et qu'ainsi le Saint-Père est le représentant de tout l'ordre intellectuel et moral. — Je tiens cette suite de propositions comme inattaquable, et je me chargerais de les établir victorieusement contre qui que ce fût, pourvu que l'adversaire admit Dieu, » c'est-à-dire, un Dieu véritable, doué d'intelligence, de liberté et d'amour » (ap. DD. Dupanloup : *La souveraineté pontificale*, ch. x). — Huc cfr ea quæ observavimus, postquam necessitatem Revelationis probavimus, in *Tr. de verâ Reliq.*, p. 60, 61.

» foi. » (*Proclamation à l'armée pontificale*; jour de Pâques, 8 avril 1860).

Porro quomodo fieri posset ut aliqua falsa institutio adeò veritati et civilisationi in mundo necessaria esset?... Ergo iterum atque iterum *Ecclesia Catholico-Romana est vera Ecclesia Christi.*

91. — CONCLUSIO.

Hanc igitur tandem liceat amanter salutare cum Sanctis et Magnis ejusque sæculi Viris. Hæc est enim ipsa, uti probavimus, cui jam **S. Augustinus** :

«... Meritò, Ecclesia Catholica mater Christianorum verissima, non » solùm ipsum Deum, cujus adeptio vita est beatissima, purissimè » atque castissimè colendum prædicas...., sed etiam proximi dilec- » tionem atque charitatem ita complecteris, ut variorum morborum, » quibus pro peccatis suis animæ ægrotant, omnis apud te medicina » præpollat.

» Tu pueriliter pueros, fortiter juvenes, quietè senes, prout cujus- » que non corporis tantùm sed et animi ætas est, exerces ac doces. » Tu feminas viris, non ad explendam libidinem, sed ad propagandam » prolem et ad rei familiaris societatem, castà et fideli obedientià sub- » jicis. Tu viros conjugibus, non ad illudendum imbecilliores sexum, » sed sinceri amoris legibus præficis. Tu parentibus filios liberà quàm- » dam servitute subjungis, parentes filiis pià dominatione præponis. » Tu fratribus fratres religionis vinculo firmiore atque arctiore quàm » sanguine nectis. Tu omnem generis propinquitatem et affinitatis » necessitudinem, servatis naturæ voluntatisque nexibus, mutuà cha- » ritate constringis. Tu dominis servos non tam conditionis necessi- » tate quàm officii delectatione doces adhærere. Tu dominos servis, » summi Dei communis Domini consideratione placabiles et ad con- » sulendum quàm coercendum propensiores facis. Tu cives civibus, » gentes gentibus, et prorsus homines, primorum parentum recorda- » tione, non societate tantùm sed quàm etiam fraternitate conjungis. » Doces reges prospicere populis; mones populos se subdere regibus. » Quibus honor debeatur, quibus affectus, quibus reverentia, quibus » timor, quibus consolatio, quibus admonitio, quibus cohortatio, » quibus disciplina, quibus oburgatio, quibus supplicium, sedulò » doces; ostendens quemadmodùm et non omnibus omnia, et omni-

» bus charitas, et nulli debeatur injuria... Quod isti hæretici intelli- » gere si valerent, nusquam profectò Deum nisi apud te atque in tuo » gremio minimè superbi et benè pacati venerarentur. Meritò apud » te divina præcepta latè diffusèque servantur.... Meritò tibi tam » multi hospitales, multi officiosi, multi misericordes, multi docti, » multi casti, multi sancti, multi usque adeò Dei amore flagrantés, » ut eos in summâ continentia atque mundi hujus incredibili con- » temptu etiam solitudo delectet. » (*De Moribus Eccl. cath.*, c. xxx, n. 62-64.)

Hæc S. Augustinus. Quæ certè, nedùm sæculorum lapsu atque experientia decreverint aut falsi argui cœperint, è contrà firmata, aucta et dilatata videmus. Inde libenter et nos exclamamus cum **Bossuet** : « Sainte Eglise romaine, mère des Eglises et mère de » tous les fidèles, Eglise choisie de Dieu pour unir ses enfants dans » la même foi et la même charité, nous tiendrons toujours à ton unité » par le fond de nos entrailles. Si je t'oublie, Eglise Romaine, » puissé-je m'oublier moi-même ! Que ma langue se sèche et de- » meure immobile dans ma bouche, si tu n'es pas toujours la pre- » mière dans mon souvenir, si je ne te mets pas au commencement » de tous mes cantiques de réjouissance ! » (*Disc. sur l'unité de l'Eglise*, in fine.)

Itemque cum **Fénelon** :

« O Eglise Romaine !... O Mère ! Quiconque est enfant de Dieu » est aussi le vôtre !... O Eglise d'où Pierre confirmera à jamais ses » frères, que ma main droite s'oublie elle-même, si je vous oublie » jamais ! Que ma langue se sèche et devienne immobile, si vous » n'êtes pas, jusqu'au dernier soupir de ma vie, le principal objet de » ma joie et de mes cantiques ! » (*Mandement sur la constitution Unigenitus*, XII).

Quibus ita succinit **J. de Maistre** (*Du Pape*, in fine) :

« O Sainte Eglise de Rome, tant que la parole me sera conservée, » je l'emploierai pour te célébrer ! Je te salue, mère immortelle de » la science et de la sainteté ! *Salve magna Parens* ! C'est toi qui » répandis la lumière, jusqu'aux extrémités de la terre, partout où » les aveugles souverainetés n'arrêtèrent pas ton influence, et souvent » même en dépit d'elles. C'est toi qui fis cesser les sacrifices humains, » les coutumes barbares ou infâmes, les préjugés funestes, la nuit » de l'ignorance ; et partout où tes envoyés ne purent pénétrer, il

» manque quelque chose à la civilisation ! Les grands hommes t'appartiennent ! *Magna virum* ! Tes doctrines purifient la science de ce venin d'orgueil et d'indépendance qui la rend toujours dangereuse et souvent funeste. Tes pontifes seront bientôt universellement proclamés agents suprêmes de la civilisation, créateurs de la monarchie et de l'unité européennes, conservateurs de la science et des arts, fondateurs, protecteurs nés de la liberté civile, destructeurs de l'esclavage, ennemis du despotisme, infatigables soutiens de la souveraineté, bienfaiteurs du genre humain ! Si quelquefois ils ont prouvé qu'ils étaient des hommes, *si quid illis humanitus acciderit*, ces moments furent courts : *Un vaisseau qui fend les eaux, laisse moins de traces de son passage* ; et nul trône de l'univers ne porta jamais autant de sagesse, de science et de vertu ! »

Itemque **Lacordaire** (*Considér. sur le syst. de Lamennais, in fine*) :

« O Rome ! C'est ainsi que je t'ai vue ! J'ai visité, avec un amour infini, les reliques toujours jeunes de tes Saints, et les reliques admirables aussi de toutes tes grandeurs ! Au pied solitaire de ton Vatican, je n'ai plus entendu les clameurs de tes ennemis comme une pâle résurrection de ces voix d'esclaves, qui, de lustre en lustre, redisaient à ton Capitole, que ses triomphateurs étaient mortels ! Mais tu as hérité de leur gloire et non de leur caducité. Après tant de siècles, je t'ai trouvée debout, toujours vierge, toujours mère, toujours maîtresse, éternel outrage de l'erreur et de l'impuissance humaines. Assise au milieu des orages de l'Europe, il n'y avait en toi aucun doute de toi-même, aucune lassitude ; ton regard tourné vers les quatre faces du monde, suivait, avec une lucidité sublime, le développement des affaires humaines dans leur liaison avec les affaires divines. Seulement la tempête qui te laissait calme, parce que l'esprit de Dieu soufflait en toi, te donnait aux yeux du simple fidèle, moins accoutumés aux variations des siècles, quelque chose qui rendait son admiration compatissante. La Croix brillait sur ton front comme une étoile dorée et immortelle ; mais c'était toujours la Croix. O Rome ! Dieu le sait, je ne t'ai point méconnue pour n'avoir pas rencontré de rois prosternés à tes portes ; j'ai baisé ta poussière avec une joie et un respect indicibles ; tu m'es apparue ce que tu es véritablement, la bienfaitrice

» du genre humain dans le passé, l'espérance de son avenir, la seule grande chose aujourd'hui vivante en Europe, la captive d'une jalousie universelle, la reine du monde ! Voyageur suppliant, j'ai rapporté de toi, non de l'or ou des parfums ou des pierres précieuses, mais un bien plus rare, plus inconnu : la vérité. Une parole prophétique est sortie de ton sein ! et lorsque le temps aura fait un pas, lorsque sera accompli ce qui doit s'accomplir, cette parole méconnue du monde présent, qui ne sait rien, éveillera dans son tombeau le Pontife qui en a été l'organe, afin qu'il puisse entendre les acclamations de la postérité. — O Rome ! un de tes fils..... a écrit ce livre ! Il le dépose à tes pieds comme une preuve de sa reconnaissance ; il le soumet à ton jugement comme une preuve de sa foi. »